

ΠΕΡΙ ΠΑΙΔΕΙΑΣ,

καὶ τῆς Παιδείας ὄρον,

ORATIO

PHILOSOPHO-THEO-

LOGICA:

Recitata à

M. LUDOVICO LUCIO,

CUM IN INCLYTA BA-

sileensi Academiâ, Organi Aristo-

telici interpretationem publi-

citus auspicaretur,


*a. d. XIV. Kalend. Septembr.*



BASILEÆ,

Typis CONRADI WALDKIRCHI.

*Anno clō lōcxi.*



Περὶ Παιδείας, καὶ τῆς τοιαύτης τέχνης,

O R A T I O.



in omnibus negotiis paulò graviori-  
 bus, (*Magnifice D. Rector; Viri Reverendi, Con-  
 sultissimi, Gratosissimi, Sapientissimi, vosq; Au-  
 ditores ceteri Ornatosissimi, Doctissimi*) initio a-  
 gendi meticulosior esse soleam; quam videtur, vel res,  
 vel usus meus postulare: tum in hoc principio Profes-  
 sionis academicæ, ita me multa afficiunt: ut, quantum  
 mea volùtas studii mihi afferat, ad Spartam, quam na-  
 ctus sum, pro dignitate exornandam, tantum prope fa-  
 cultatis, metus detrahat. Primum, docendum est ex  
 hoc loco: qui, cum ad agendum amplissimus; tum ad  
 dicendum ornatissimus, mihi semper visus fuit. quod  
 ipsum, etsi per se honorificum est: tamen videtur nunc  
 ita inusitatum mihi, tot annorum discidio, à consuetu-  
 dine academicâ remoto, ac si ante hoc tempus nun-  
 quâ fuisset à me factitatum. Deinde, cum tot viri cla-  
 rissimi, juvenesq; eruditissimi alii, fuerint mihi potissi-  
 mum hoc muneris, quod jam cū bono Deo aggredior,  
 demandandum esse, Superiorum judicij placuit; ei, qui  
 neq; ætate, neq; ingenio, neq; auctoritate, sum cum il-  
 lis comparandus. Moveor etiam antecessoris, ac Præ-  
 ceptoris olim mei, venerandi viri, *D. M. Henrici Justi,*  
*τῆς ἡμετέρας,* memoria: quem tantâ docendi gravitate,  
 tantâ dicendi suavitate, Organum Aristotelis lo-  
 gicum interpretantem, ipse, cum multis aliis, & audi-  
 vi, & admiratus fui, quantam me, cum in me- ipsum  
 descendo, & quàm curia eruditæ doctrinæ mihi sit se-  
 pellex, recogito, unquam assequi posse, est cur tantum